

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

44. Considerando & repræsentando Patri Æterno Passionem Filii sui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

MODUS XLIV.

Uadragesimus quartus Passionem Domini
meditandi Modus esse potest: Meditatione
illam repræsentando Patri Æterno, pro se, suis,
proximorumve oninibus internis & externis ne-
cessitatibus, ac miseriis sublevandis. Cujus repræ-
sentationis Exemplar, ex Davide Ecclesia desu-
mit, verba illius usurpans. *Protector noster aspice*
Deus, respice in faciem Christi tui. Ejusdem Pa-
radigma devotissimum, legere est apud Augu-
stinum, quod hoc loco apponere non gravabor,
ut ex eo meditator non erudiri solum, verum
etiam inflammari possit. Sic igitur Augustinus,
Patri Æterno Passionem Filii, sive Filium Passum
repræsentat.

Aspice pie Pater, Piissimum Filium, pro „ *Medit. cap. 6.*
metam impio Passum. Respice Clementissime „
Rex, quis patitur, & reminiscere benignus, pro „
quo patitur. Nonne hic est mi Domine inno- „
cens ille, quem ut servum redimeres, Filium tra-
didisti? Nunquid non author vitæ hic est, qui
ut ovis ad occisionem ductus, Tibique usque ad
mortem obediens factus, atrocissimæ non ti-
muit necis genus subire? Recole totius salutis
Dispensator, quia hic est ipse, quem et si ex tua
virtute genuisti, meæ tamen infirmitatis part ci-
pem fieri voluisti. Verè hæc est tua Deitas, quæ
neam induit naturam, Crucis ascendit patibu-
um, quæ in assumpta carne triste tulit suppli-
cium.

Reduc Domine Deus meus oculos tuæ Ma-
estatis, super opus ineffabilis pietatis. Intuere
ulcem natum, toto corpore extensem. Cerne

Ps. 83. II.

V.P. Druzb. Op. VIII.

Q

manus

G. Druz.
Bickl

per: dicit

Tomus III

N: V

58

manus innoxias, pio manantes sanguine,
mitte placatus scelera, quæ patrârunt manus
Considera inerme latus crudeli perfoissime
de, & renova me sacro fonte, quem inde
fluxisse. Vide immaculata vestigia, quo
steterunt in via peccatorum, sed temperam
verunt in lege tua, diris confixa clavis, &
ce gressus meos in semitis tuis, & fac
habere, benignus, omnes vias iniquitatis
iniquitatis amove à me, & fac me proprius
veritatis eligere.

Oro Te Rex Sanctorum per hunc Sa
Sanctorum, per hunc Redemptorem me
me currere viam mandatorum tuorum,
leam Spiritu uniri, qui meâ non horru
vestiri. Nunquid non attendis, Pie Pater
lescentis Filii Clarissimi Caput, niveâ cer
flexâ pretiosissimam resolutum in monte
spice mitissime conditor, dilectissima
humanitatem, & miserere super infirmi
debilitatem.

Candet nudum pectus: rubet cru
latus, tensa arent viscera, decora languen
na, regia pallent ora, procera rigent
crura pendent marmorea, rigat terebrato
beati sanguinis unda. Specta, gloriose Ge
gratissimæ prolis lacerata membra, & mo
re benignus, quæ mea est substantia. Con
Dei hominis pœnam, & relaxa conditi
miseriam. Vide Redemptoris supplicium, actus
dempti dimitte delictum.

Hic est Domine mihi, quem propter Obla
populi tui percutisti, licet ipse sit dilectus
quo Tibi bene complacuisti. Hic est ille Passio-

cens, in quo dolus non est inventus, & tamen,,
inter iniquos deputatus est „] Hucusque Au-
gustinus.

Ad cūjus normam licebit meditanti, totam
Passionis Christi seriēm, ab horto usque ad se-
pulturam decurrere, & ita eam, sive ipsum Chri-
stum in ea positum, Patri Æterno repræsentare,
ut simul peccata propria, vel etiam aliena denar-
ret Deo, ipsaque deflens, iis veniam petat, sup-
plicia eorum averti postulet, emendationem
proponat, affectus compassionis, laudis, admira-
tionis, gratitudinis, deprecationis, aliosque
similes exerceat: virtutum variarum in Christo
patiente elucecentium actus, imitatione expri-
mat; dona denique interna, juxta ac externa,
tam sibi quām suis, quām toti Ecclesiæ, totique
humano generi, à divina manu depositat, &c.
Nec poterit hæc talis repræsentatio non esse in
oculis Deitatis grata, aut ad impetrandum valida,
quandoquidem tam efficax & apta divinæ misé-
rationi expugnandæ machina per eam admóve-
tur. Cui divina pietas, impossibile videtur, ut
resistat.

MODUS XLV.

QUadragesimus quintus Passionem Domini
meditandi modus esse potest, considerando
in Passione Domini insignes maximè quinque
actus Christi, quos ille in ea pro nobis ad gu-
stum Æterni Patris exercuit: sunt autem hi
1. Oblatio. 2. Donatio. 3. Dedicatio. 4. Sacri-
ficium. 5. Holocaustum. Qui actus etsi in tota
est illa Passione Domini clivescunt: nihilominus in qui-

Q 2

busdam

9: DRUG:
Bickl
per: assehi
Tomus III
N: V
58